Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491131-p0001-2
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491131-p0002-8

1701.

1. Aepinus, Franc. Alb: De societatis nuptialis in statu integritatis necessitate

2. Hattermann, Christ. Dietericus: De formulis juramentorum Iudaicorum.

3. Muellerus, Caspar. Matth: De nuptiis

4. Muellerus, Casp. Matth: De virgine nobili Mecklenburgica.

5 Muellerus, Casp. Matth: De sponsalibus inie[n]tibus contractis

6. Schaperus, Johann Ernestus: Propempticon inaug. de ratione phoenomeni, qui fiat, quod duo fratres uterini locorum intercapedine dissiti simul variolis affici queant?, quo ad solemnia Doctoralia Johannis Brandtii invitat.

7. Schaperus, Johann Ernestus: De variolis

8. Schaperus, Johann Ernestus: De obesitate nimia.

1701

9. Schoepfferus, Johannes Joachimus: De officio praefecti castelli ad extrema obligati

10 a et b Schoepfferus, Joachimus: De dispersione instrumentorum. 2 Exempl. 1701 u. 1718

11. Stein, Matthias: Programma, quo ad solemnia Doctoralia Conradi Stein invitat.

1702.

1. Muellerus, Caspar Matth.: De demonstratione auctoris in delictis

2 a et b Schoepffer, Joh. Joachimus: De venatione superiori. 2 Exempl. 1702 u. 1747

3. Schoepfferus, Joh. Joachimus: De apertione regali

4. Schoepfferus, Joh. Joachimus: De repetendo testium examine.

1703.

1. Schoepfferus, Johannes Joachimus: An commeatu falso uti liceat ad fallendum testem?

1703.

2. Stein, Matthias; fac. jur. prodecanus: Programma, quo ad solemnia Doctoralia Christophori Knorre-nagel invitat.

3. Stein, Matthias: De dissonantia juris civilis et Hamburgensis in contractibus

4. Stein, Matthias: De avocatione causae.

10

11

1

2

3.

4.

1

1.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491131-p0007-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491131-p0008-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491131-p0009-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491131-p0010-2

464

Q. D. B. V. 12.

NUPTIAS

PER

THESES CONTROVERSAS

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
CONSENSU
PRÆSIDE
VIRO
CONSULTISSIMO AMPLISSIMO ATq;
EXCELLENTISSIMO

DN. CASP. MATTH. MÜLLERO,

J. U. D. ET INSTITUTIONUM P. P. DUCALI
ORDINARIO
DN. PATRONO, HOSPITE ac PRÆCEPTORE,
AD CINERES USQVE DEVENERANDO,
IN AUDITORIO MAJORI
AD DIEM XXIX. JANUARII ANNO MDCCI
PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT
RESPONDENS

DIETER. CHRISTOPH. BOCK

HAMBURGENS.

1701,3.

ROSTOCHII,
Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491131-p0011-8

I. N. J.

TH, 1.

NUptiæ ſunt viri ac mulieris conjunctio individuâ vitæ conſvetudinē continens *§.1. J. de patr. pot.* paulo aliter qvamvis eôdem ſenſu definit JCtus *in L 1. ff. de nupt.*

Th. 2.

Benedictio ſacerdotalis non reqviritur ad eſſentiam matrimonii, hinc liberi ante eam nati patri, ut legitimi ſuccedunt, etiam in feudo.

Th. 3.

Polygamia ſimultanea eſt prohibita hodie ſub pœna capitis, ſi doloſa & conſummata *art. 121 C. C.C.* qvamvis in Teſtam: Veteri non fuerit præciſe prohibita Oſiand. *ad Grot. L.2.c.5 §.9.* cum nec contra Jus naturæ ſit vid. Grot *de Jure B. & P. L.2.c.5.§.9. n.11.* polygamia verò ſucceſſiva eſt permiſſa vid. *Epiſt. ad Rom. 7. v. 2. & 3.* ut nec promiſſio perpetuæ viduitatis valeat. *L. 1. & 2. C. de indict. vid:* licet jurata Carpz. *in Jpr: Conſ. 2. def. 172.* qvamvis nec deſint pœnæ ſecundarum nuptiarum jure Civili ſtatutæ *v. L. 3, C. de ſecund. nupt. Auth. uxore C. eod.* qvæ qvatenus favorem liberorum concernunt, nec hodiè ſublatæ. Mev. *ad Jus. Lub. p. 2. tit. 2. art. 28. n. 30.*

Th. 4.

Nuptias contrahunt etiam ſenes cum juvencula qvamvis. Stryk. ad *Jus. Eccl. Br. L. 2. c. 17. §. 1.* non tamen impotentes, impotentia enim facit matrimonium eſſe ipſo jure nullum, ſi tamen perſona qvædam ſcienter impotenti ſe jungat, valet Brun. *d. L. 2. c. 17. §. 2* ibiqve Stryk. *in not.*

Th. 5.

Reqviritur tamen non tantum contrahentium conſenſus, qvem vitiat (1) error circa ſubſtantialia, qvorſum etiam re-

fertur error circa virginitatem, utut diſſent. Br. *in J. Eccl. L. 2. c. 17, §. 25.* (2.) vis & metus, non vanus, ſed pro qvalitate perſonæ determinandus (3) dolus, ut ſi perſona alia, pro alia ſubſtituatur. Jacob, cujus mentio fit in S. S. retinuit per miſericordiam, qvam repudiare poterat per juſtitiam, Oſiand. *in not. ad Grot. L. 2. c. 5. §. 14. n. 4.* ſed & conſenſus parentum, omni jure. Coth, *v. 1. Conſ. 1. n. 156.* hodie etiam matris. Defectum conſenſus patris ſupplet aliquando Magiſtratus *L. 19. ff. de nupt.*

Th, 6.

Non ſufficit autem conſenſus parentum; ſed neceſſum eſt porro, ut ſecundum præcepta LL. coeant *pr. J. de nupt.* violant hæc, qvi contra prohibitionem ſe matrimonio jungunt, prohibentur vero jungi vel ob conſanguinitatem, vel ob affinitatem, vel aliam qvandam cauſam civilem, illa etiam civilis orta (1) ex eo qvod qvis alterum ex ſacro fonte levaverit *1. t. X. de cognat. ſpirit.* matrimonium olim vitiabat, hodie ſecus Carpz. *2. d. 14.* (2.) adoptione, qvæ hodienum nuptias impedit, qvamvis diſpenſari poſſit juxta D.D. Stryk. *ad Jus Eccl. Br. L. 2. c. 16. §. 19.*

Th. 7.

Ob cognationem veram autem & naturalem, prohibitiones oriuntur vel ex Jure divino vel humano, prohibitiones juris divini habentur *Lev. 18.* qvæ qvidem omnes ſunt morales Vin. *ad §. 6. J. de nupt. n. 6.* qvamvis non omnes naturales Stryk. *d. c. 16. §. 27.*

Th, 8,

Prohibentur nuptiæ in primo gradu lineæ collateralis æqvalis, & in ſecundo lineæ inæqvalis, nec hic diſpenſatur, qvamvis hic non deſint qvi diſſentiant qvoad poſterius v. elegans Reſp. JCtorum Helmſt. apud Stryck, *in not. ad Jus Eccl. Brunn. L. 2. c. 16.*

Th. 9.

Th. 9.

Nec attenditur hic, utrum uno, an duplici vinculo conjuncti (voll oder halb Brüder oder Schweſtern) *Lev.18.v.9.* nam in matrimonialibus tantum proximitas ſanguinis attenditur: ex qva eadem ratione etiam qvæ ex fornicatione aut alio concubitu illegitimo ortà conſanguinitas nuptias impedit, nam & is, qvi adhæret meretrici eſt unum corpus cùm ea *1. ad Cor. 6, v. 16.*

Th. 10.

Etiam imperfecta affinitas nuptias impedit, unde non poteſt qvis ducere defuncti fratris ſponſam qva de re elegantiſſimum extat Reſp. venerandæ Facult. Theol. hujus Academiæ ap. Georg. Dedeken. *Vol. 3. Conſ. Theol.* Ubi inter alia: Wir halten dafür / daß für GOTT kein Unterſcheid ſey / ſo viel die Natur / Weſen und Eigenſchafft des Eheſtandes betrifft / inter matrimonium inchoatum & conſummatum: qvamvis diſpenſationem praxis admittat de qva *Carpz. L. 2. def. 121.* an vero per diſpenſationem conſcientiæ per omnia conſulatur noſtrum non eſt exponere, v. B. D. Mulleri *Tr.* von ungerahtener Ehe *p. m. 99.*

Th. 11.

Propter affinitatem perfectam prohibentur nuptiæ cum defunctæ uxoris ſororis nepte, ſeu propatrui vidua, qvem tamen caſum diſpenſabilem eſſe putamus vid. Reſp. JCtorum Francof. ap: Excell. Dn. Stryk. *ad Jus Eccl. Brunnem. L. 2. c. 16. §. 21. Mev. p. 3. dec. 399.* in primis ſi res non amplius integra.

Th. 12.

Nec minus nuptiæ prohibitæ ſunt cum vitrici vidua *L. Uxorem ff. de Rit. nupt.* & qvamvis Jure Can. in ſecundo genere nuptiæ permittantur, ob reſpectum tamen parentelæ qvi in ſecundo genere adhuc attenditur Hopp. *ad pr. J. de*

nupt. §. 22. & honeſtatem rectius prohibentur: An diſpenſationi locus ſit dubitatur? eam Conſiſtoria Auguſtanæ Confeſſionis concedere plurimis Facultatum Theologicarum Reſponſis firmare nititur *Carpz. L. 2. def. 119. n. 10.* qvamvis non deſit qvod hic reponi poſſit. vid. qvæ hac de re ſcripſit Dni. Præſidis Dn. Parens nunc pie defunctus in tract. Von ungerahtener Ehe *p. m. 53.*

Th. 13.

De matrimonio cum uxoris defunctæ ſorore nil dicimus extant hoc de caſu plurima typis expreſſa add. Tr. modo alleg. von ungerahtener Ehe *p. 27. & ſeq.* de matrimonio cum uxoris ſororis filia dicimus illicitum hoc eſſe, diſpenſationem conceſſit Facultas Juridica Francof. & Theologica Regiomontana Dn. Stryk. ad *J. E. Br. L. 2. c. 26. v. B. D. D. Müller. d. tr. p. m. 55.*

Th. 14.

Non tamen nuptiæ prohibentur mit des Brudern Tochter Manns Frau/ reſpectus enim parentelæ in linea collaterali in ſecundo genere non attenditur *Ez: qv. 74. n. 44. & 14:*

Th. 15.

Matrimonium cum defunctæ uxoris fratris vidua de jure ſubſiſtit, qvamvis diſſentiat Carpz. *L. 2. d. 102.* idem de matrimonio cum ſororis mariti uxore.

Th. 16.

Inæqvalitas ſtatus & dignitas non vitiat matrimonium, exempla varia perſonarum illuſtrium, qvæ ignobilibus per matrimonium ſe junxerunt, recenſet Myler ab Ehrenbach. in *Gamol. Princ. imp. c. 5.* unde poſtea ortum matrimonium ad Morganaticam, qvod verum eſt matrimonium

monium uti præter Myler. *c. 6. §. 16. defendit Stryk. in E. J. F. c. 7. qv. 7.*

Th. 17.

Qvin ob adulterium ſolvatur ipſum vinculum matrimoniale, ut ad alia vota parti innocenti tranſire liceat, dubium non eſt, ſed id ad adulterium ab uxore commiſſum reſtringit Illuſtr. D. Stryk *in Tr. de diſſ. ſponſ. S. 5. §. 7.* ſecus ſi à marito, qvod tamen qvoad Jus tantum divinum procedere docet, aliud qvoad leges humanas, ſicuti præjudicio id ibidem confirmat.

Th. 18.

Forma adulterii conſiſtit in immiſſione ſeminis, unde non ſufficit ſi in ipſo actu venereo cum alterius uxore maritus deprehendatur *Czov. qv. 61. n. 2.* qvoad pœnam nempe ordinariam Zanger. *de Tort. c. 2. n. 220,* Extraordinariam tamen pœnam non effugiet. ſic qvoq; ut ad diſſolutionem matrimonii agi poſſit, ſufficiet adulterium præſumtivè probari v. gr. qvod uxor abſente marito alium in lectum ſuum receperit vid. præjud. ap. D.D. Stryk. *d. S. 5. §. 38*

Th. 19.

Imo! ſi à viro oſculum luxurioſum cum laſcivioribus amplexibus, poſitione brachii ad collum, ac mammillarum tactu datum ſit alienæ uxori non reſiſtenti & qvidem in locis ſecretis, ad carnalem commixtionem aptis verba ſunt Czovii *P. 2. q. 60. n. 27.* ad ſeparationem thori agi poſſe probat Farinac. *Op. Crim. Qv. 136. n. 203.*

Th. 20.

Deſertio eſt juſta cauſa diſſolvendi matrimonium non obſtante textu *Matth. 5.* & aliis rationibus de qvibus data occaſione in conflictu.

Th. 21.

Deſeruiſſe autem videtur etiam illa qvæ in eodem

cum

cum marito loco qvidem manet, ſed debitum denegat conjugale vid. Dedeken *vol. 3. Conſ. Theol S. 3. n. 15.* ſed ne ita mariti forte pertæſa uxor dum alium qværit maritum, intentionem obtineat ſuam, vel contra, ſolet refractariæ parti pœna imponi relegationis Nicol. *in tr. de Rep. & divort. P. 2. c. 2. n. 65.*

Th. 22.

Qvæ propter mortem mariti diſſolutionem petit, probare eam debet, regulariter per duos teſtes *Carpz. p. 1. C. 16. dſ. 37.* ſine qvo ad ſecunda vota tranſire non licet, etiamſi maritus in captivitate ſit & ſpes revertendi deficiat, id enim æqvo animo ferre debet tanqvam malum ſuperveniens.

Th. 23.

Impotentia matrimonium facit nullum, non tantum abſoluta, ſed & reſpectiva, caſum vid. apud Stryk *ad J. Eccl. Br. l. 2. c. 17. §. 7.* idem de muliere nimis arcta, qvod ſi tamen hæc poſt ſeparationem alteri cui magis apta, juncta, & per freqventem concubitum etiam primo apta eſſe cœperit, non tenetur hic eam recipere.

Th. 24.

Virgo nimis arcta non tenetur pati remedium inciſionis, cujus mentio fit *in cap. 6. X. de frig.*

Th. 25.

Sed hæc intelligenda ſunt de impotentia præcedente, ſecus ſi ſuperveniens, maleficiatam ſeu ligaturis magicis qvæſitam, præcedentem potius exiſtimamus propter *c. quod autem 27. qu. 2.* qvam ſupervenientem utut poſterius placeat *Carpz. L. 2. def. 202. n. 8. & ſeq.*

(0)

ULB Halle 3
005 703 786

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491131-p0019-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491131-p0020-8

464

12.

1701, 3.

Q. D. B. V.

NUPTIAS

PER

THESES CONTROVERSAS

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS

CONSENSU

PRÆSIDE

VIRO

CONSULTISSIMO AMPLISSIMO ATQ;

EXCELLENTISSIMO

DN. CASP. MATTH. MÜLLERO,

J. U. D. ET INSTITUTIONUM P. P. DUCALI

ORDINARIO

DN. PATRONO, HOSPITE AC PRÆCEPTORE,

AD CINERES USQUE DEVENERANDO,

IN AUDITORIO MAJORI

AD DIEM XXIX. JANUARII ANNO MDCCI

PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT

RESPONDENS

DIETER. CHRISTOPH. BOCK

HAMBURGENS.

ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-491131-p0021-4